1

Comes Honoratus Vicecomes Dei et S. Sedis gra Archiepus Lansse=nus et in hoc ampmo Poloniæ Regno ac Magno Lithuæ Ducatu cum facultatibus Legati de Latere Nuncius Apcus

Vniversis et Singulis Abbatibus comissarijs ordenarijs et Extraordinarijs Provincialibus Rectoribus Vicerectoribus Procuratoribus Syndicis Vicarijs Superioribus Ministris, ac alijs quibuscunq quocunq nõe nuncupatis officio quocunq et potestate fungentibus et functuris etiam majori quam Cspegtibus sit expressum ac alijs omnibus et singulis quarumcunq regularium Ordinum Institutorum Societatum Regularibus personis per universam Poloniam existentibus et extituris Ben. paternam. Noveritis Nos a Sanctmo D. N. Vrbano divina providentia Papa octavo pridem ad postulationes Regias per Serenissima ac Sanctissima mem: Sigismundum Tertium totius huius Regni ac Reipubcæ nõe Sanctitati suæ alias expositas ob certas ac rationabiles causas animum Stis Suæ et affectum quem de huius florentmi Regni et Reipubcæ in eam Sanctam Sedem Studiosissime pubco bono ac conservatione paterne gerit. Responsum inter cetera habuisse et accepisse circa emptiones bonorum Nobilium seu Terrestrium quas per Regulares personas fieri in hoc regno contingit Ne quavis Regularis persona cuiuscunq status gradus et conditionis et potestatis existat. Inconsulto ipso Romano Pontifice bona quaecunq stabilia Terrestria seu Nlium emere nec cuiuscunq emptionis titulo suæ Religionis seu Monasterij nõe acquirere et de novo possidere quo et Reipubcæ incommodis et Nlium indemnitatibus opportune Stas Sua consulere, occurrere, et providere posset et alias prout latius in Lrs ad nos directis continetur. Nos igr volentes Stis Suæ mentem ac voluntatem ad huius regni et Reipubcæ bonum debitæ exequtioni omnino demandare et ne quispiam ignorantiæ praetextu contra piam mentem Stis Suæ aliquid attentare eiq contraire praesumat Vobis omnibus et singulis supradictis et eorum cuilibet in virtute Stæ Obedientiæ ac sub eiusdem Sanctissimi Dni Nri indignationis necnon Ecclesiasticis censuris nobis bene

visis

visis p̄ntis mandus & respective notificamus & ad vr̄am & singulorum
vr̄um notitiam deducimus ne vos audeatis ne praesumatis nec vr̄um
quispiam audeat seu praesumat bona stabilia Terrestria seu Eliam
cuiuscunq generis vel speciei existant emere seu cuiuscunq em=
ptionis titulo acquirere & de novo possidere ipso Romano Pontifice
inconsulto iuxta dictarum Lrarum tenorem quod si secus factum fuerit
ultra rerum in pristinum restitutionem nos ad praedictarum para=
rum executionem irremissibiliter deveniemus. Ne vero harum nr̄a=
rum Lrarum Intimationis & Mandatorum Lr̄as perquenquam te=
mere vel aliquo quaesito praetextu seu colore violare contingat
omnes Illmos & Rmos ArchiEpos Epos Eorumq Offles in Dno obsecra=
mus eisdemq mandamus & ipsorum cuilibet ut in suis dioece=
sibus Ecclesiys publicari nec non ipsis Regularibus per suas Di=
oeceses existentibus tam ab ipsorum Iurisdictione exemptis quam
non exemptis autte nr̄a intimari & denunciari mandent. Ita so=
licite hac in re se gerentes ut penes Stem Suam de aliqua mini=
ma negligentia notari minime queant sed tanquam mandatorum
Aplicorum fideles Custodes in Dno commendari In quorum fi=
dem etc. Varsaviae hac die septima [M]ensis Novembris 1632

† 1632

Prohibitio nomine Ss[anctissi]mi. ne Regulares bona emant aut quocumq[ue] novo modo possideant terrestria.

Id vetat etiam Constitutio Regni 1635.